



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae**

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex  
Diervm, Ac Tertivs De Anima

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiæ, 1622**

III. Quæ potentiæ species, & habitus moueant in anima separata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)



*Assertio pro qua vide-  
antorem  
in 3. p. 109.  
2. disp. 43.  
188. 2.*

aliquo modo est animas separatas esse in loco, licet non eo modo, quo res corporales, nam secundum fidem partim in celo sunt, partim in inferno, & purgatorio. Nec solum dicendum est esse in celo, id est, beatas esse: constat quippe in loco illo deputato primum bonorum, vel malorum operum à Deo recipere. Item Deus dicitur aliquo modo esse in loco, *calum, & terram ego impleo*, Ierem. 23. & Angeli simpliciter: ergo & anima separata in loco esse recte dicitur.

*5. a. Assertio.*

Secunda conclusio. Anima non est in loco per aliquam actionem, vel passionem, neque per applicationem virtutis ad agendum, vel patiendum. Probatur. In primis enim anima in loco non est per actionem immanentem, intellectus enim scilicet, aut volitionem, quia talis actio omnino independentis est à loco, nec per illam anima ordinatur ad locum, cum sit actio merè interior, & spiritualis. Deinde neque anima in loco est per actionem transeuntem, ut patet ex secundo notabili in n. 3. Quia naturaliter nullam actionem, vel passionem transeuntem potest habere, & tamen naturaliter potest esse in loco suo modo, & de facto anima, quæ sunt in celo empyreo, nullam actionem transeuntem habent circa illud, cum nec illud localiter moueant, nec alterent, nec ab eo aliquid patiantur. Similiter, quæ in limbo detinentur, nullam actionem transeuntem, vel passionem habent, non enim poena sensus afficiuntur. Ex quibus colligitur neque animas damnatas in loco esse per passionem illam tormentorum, quod etiam probatur, quia licet non paterentur, possent intelligi ibi existere: non ergo per passionem sunt primo, & per se: & confirmatur. Quando enim res aliqui patitur, non ideo ibi est, quia ibi patitur, sed potius contra. Nam, & animas damnatorum ideo in inferno existunt, ut ibi patiantur: non ergo est anima per actionem vel passionem in loco, nec per applicationem virtutis, quia si illam virtutem transeuntem agendi non habet, applicare illam non potest, de Angelis verò id disputandum suo loco relinquimus.

*6. a. Assertio.*

Tertia conclusio. Anima separata per præsentiam tantum suæ substantiæ est in loco. Probatur: quia in substantia spirituali inveniuntur solum substantia, potentia, & actiones, sed ostensum est animam separatam non esse in loco per virtutem, nec per actionem: ergo sola relictæ præsentia suæ substantiæ, per quam in loco esse possit. Explicatur conclusio: nam anima parvuli decedentis in originali dicitur in limbo esse, quia substantia animæ illius ibidem præsentia concluditur, ita ut si videri possit illi spatio præsens, & non alteri videretur, ac per conditionem ita explicatur, si talis anima esset, quanta replet suam præsentia illum locum, & non alium: si passibilis esset ab agente, ibi præsentia pateretur, & non ab alijs. Item per relationem, nam anima, quæ in limbo est, vere distat ab anima, quæ apud nos est, & propinqua est animæ alteri in limbo fortè existenti. Denique exemplo explicatur. Si enim Deus ab aqua in vase auferret quantitatem, neque permetteret illam localiter moveri, ea cerè ablata quantitate, non existeret propriè localiter in vase, cum non replet illud: tamen verè esset ibi per præsentiam substantiæ penetratiue cum corpore illuc subintrante: per similem ergo suæ substantiæ præsentiam, modumve loci mutatione ab ipsa substantia acquiescibilem, & amissibilem dicuntur animæ separatas in loco esse. Atque hæc conclusio, quoniam æque de Angelorum modo essendi in loco procedit, suo loco vberius explicatur.

*7. a. Assertio.*

Hinc verò colligitur iam quarta conclusio. Anima separata etiam aliquo modo localiter movetur, dum substantiæ præsentiam mutat. Ita pa-

ter ex illo argumento, quod anima Christi descendit ad inferos, & animæ sanctæ deferuntur ad coelos, damnatæ verò ad inferos, quæ omnia pertinent ad motum localem. Item, quia esse in loco, & mutare locum se mutuo consequuntur in substantijs, quæ non replent omnia loca, cuiusmodi sunt creatæ omnes: quare, &c.

Dubium tamen est, an anima separata possit se mutare à loco in locum, an necessario debeat, ab alio deferri. Quidam affirmant hoc posterius, & la subortia confirmant primo ex illo Luc. 16. Quod mendicus portatus sit ab Angelo in sinum Abraham. Secundo, quia alias anima si vellet posset egredi à corpore. Tertiò, quia anima separata liberè possent ad nos venire. Verius tamen multè est, animam separatam habere virtutem se mouendi. Namque in corpore virtutem motuam possidet, eamque corpori communicat: ergo & separata eam habebit suo modo, cur enim illam amitteret. Præterea animæ nostræ separata possent inter se naturaliter sociatim vivere, hoc enim proprium est creaturæ rationalis: ergo possent mutare locum, alias perpetuo manerent in certo loco, quod est imperfectio conchyliorum, ac similitum imperfectissimum gradum vitæ possidentium: at vita animæ nostræ separata perfectissima est: ergo, &c.

Ad illud Lucæ 16. responderetur notando, animas in instanti separationis à corpore agnoscere, vtrum celo, vel inferno deputentur vel etiam purgatorio. Vnde simul ac id cognoscunt propria virtute, illuc moventur, honoris tamen gratia fociantur animæ iustæ ab Angelis, saltem à custode, quo quidem modo deportata fuit anima Lazari, animæ verò deputata ad infernum vi demonum illuc deferuntur. Ad primam rationem dic, sicut anima non potest, cum vult, vni ad corpus, sed per naturalem tantum generationem, ita nec potest ab eo dissolui, nisi per naturalem corruptionem, quia etiam illa propriam & spiritalem potentiam sui motui non habeat, tamen dum in corpore adsumat dispositiones ad informandum necessarias, ita est per naturalem unionem veluti religata, ut nequeat aliter sese mouere quam moto simul per potentiam materialem corpore. Vnde nec prius deserere corpus potest, quam dissoluantur dispositiones: ex eo tantum quod naturalis eius forma sit, & consequenter illa vni nullo modo libera. Ad secundam responde, animas separatas regulariter ex lege Dei à suis receptaculis non egredi, vel quia multè detinentur, vel quia libere obediunt diuinæ voluntati: aliquando huc venire, quem euentum D. Thomas 1. p. q. 87. art. 1. ad 2. cum August. lib. de cura pro mortuis agenda, docet esse inter miracula computandum. Alia verò hic restabat quaestio, quomodo anima moueatur, transeundone ab extremo ad extremum sine medio, in instanti ne, an in tempore. Sed quaestio communis est in Angelis, & ideo in suum locum relinquenda.

### CAPVT III.

#### Quanam potentia, species, & habitus maneant in anima separata.

DISTO de substantia animæ separata, & de motu illius, dicendum sequitur de proprietatibus, & consequenter de actibus, & habitibus eiusdem, & loquimur præcipue de anima separata secundum ea, quæ illi naturalia sunt, quæ verò Deus circa illam supernaturaliter operatur, hic tantum obiter attingemus. Sit ergo prima conclusio. In anima separata manent ex potentijs solus intellectus, voluntas, & motiua sui potentia. Est certa ex dictis supra de potentijs animæ. Nā inter oēs, hæc tantum

*Manetur in doctrina huius de præsentia, seu ubi substantia spiritalis de data in loco esse. Atque hæc conclusio, quoniam æque de Angelorum modo essendi in loco procedit, suo loco vberius explicatur.*

*8. Quasi-  
subortia  
pars altera  
sequitur  
tripliciter.*

*Verior enim  
dicitur*

*9. Ad 1. in n.  
præced.*

*Ad 2.*

*Ad 3.*

*Vide lib. 4.  
de angelis  
c. 18.*



tum sunt spiritualis, & in anima subiectatæ, nullo autem modo in organo corporeo, sicut reliquæ. Et de potentia sui motiua, de qua aliqua esse poterat dubitatio, speciatim probatur, quia sicut in Angelis, eo quod se moueant: potentia motiua admittitur, ita & animæ etiam, quæ separata sese ipsam localiter mouet, vt cap. precedenti vidimus, specialem depossit facultatem: ergo illæ tres manent in anima, quia naturaliter fluunt, & in qua recipiuntur sine dependentia à corpore. Aliæ vero omnes, cum sint in corpore, delinquantur. Est etiam communis Theologorum, & Philosophorum. Solus Gregor. de Arimino fallus est in hoc, putans in anima separata manere potentias sensitivas, quia credit subiectari in anima, aut ab ea non distinguî, quæ supra impugnauimus lib. 2. cap. 3. a. num. 2.

Ariminen-  
sis relictus.

2.  
3. *Affertio  
bipartita.*

*Prior pars  
ostenditur.*

Secunda conclusio. In anima separata manent, quantum est ex natura sua, omnes species intellectuales, & habitus intellectus, & voluntatis, quos in vita hac acquisiuit: non tamen manent species, aut habitus, qui erant in portione inferiori. Probatur prior pars ex precedenti: species enim, & habitus intellectus, & voluntatis sunt spirituales, cum sint in subiecto spirituali, ne pendunt a corpore vlllo modo, cum hoc non sit causa illarum materialis, neque efficiens, vt pote in inferioris ordinis, nec potest fingi alius modus dependentia: si ergo non pendunt a corpore, manebunt plane in anima separata. Dixi, *quantum ex natura sua*, quia cum anima separata in hoc rerum ordine non maneat in puris naturalibus, sed vel p[re]mio glorie, vel p[re]lio p[er]ficiatur, de factio non manent.

*Limitatio  
assertionis.*

Obiectio ex  
Paulo di-  
lucitur

Consule au-  
thorẽ lib. 2.  
de Grat.  
presertim  
cap. 20.

3.  
Ostenditur  
posterior  
base

Conſeſſariū  
xplicans  
ſcripturam.

4.  
Affertio  
fide.

in illa multa ex ijs, quæ hic acquisiuit: nam in beata non manebunt imperfecti habitus; quia illum statum non decent, damnata verò anima nihil supernaturale retinebit, etiam si maneant habitus naturales, vt cedant illis in pœnam. Autem in anima beata maneant Theologia, & fides, non est huius loci: puto tamen scientias omnes euidentes manere in patria, alios verò habitus obscuros, minime: quia cum in illo statu nequeant elici actus imperfecti, superflue ibi habitus Obscuri admittentur. Dices: 2 ad Corinth. 13, haberi, quod *Scientia destruetur*. Dicitus Thomas supra intelligit de dicta humana scientia. Sol contra: nam actus scientiæ, qui tunc manebit: ergo & habitus. Occurreret fortasse, manere quoad substantiam, sed destrui quoad modum, quia non elicietur cum phantasmis. At certe non est hic sensus Pauli: cum ibi non loquatur de conuersione ad phantasmata, sed de dono scientiæ, quod comitatur fidem, & est obscurum, sicut illa, vt patet ex 2. 2. q. 9. a. 1. & 3. Ac quod hæc sit mens Pauli, patet ex contextu, ibi enim comparat charitatem donis, & illam excellentiorem esse ostendit, siue prophetia euacuabuntur, siue lingua, scilicet omnia. *Sciencia destruetur.*

Secunda pars conclusionis patet ex dictis, corruptis enim nobis; corrumpuntur que sunt in nobis, vt dixit Aristoteles, sed separata anima eorum, sunt potentie sensitiue: ergo omnes habitus, & species illarum. Vnde licet forte in parte sensitiua sint virtutes infuse, & dona Spiritus sancti, omnia consequenter esse desinent: nec sunt necessaria dum anima corpore caret: restituntur tamen omnia in resurrectione propter gratiam in anima manentem, que quasi in virtute omnia continet. Hinc colliges, in anima separata non manere actus ad partem sensitiuam pertinentes, quod si aliquando in Scriptura illi tribuuntur, vt sentire, refrigerari, &c. figurata locutio est ad explicandas actiones, vel passiones spirituales, ac

ma defunctorum introducuntur vt loquentes, &  
ratiocinantes. Luc. 16. *Pater Abraham;* &c. Sapientie  
5. *Dicentes intrate, hysunt,* &c. Et anima beate vi-  
dent, & amant Deum, & dammati cognoscunt  
perditionem suam, habentque vermem conscientie.  
Et ratio est euidentis, anima enim principium  
est intelligendi; & in ea manet intellectus cum spe-  
ciebus intelligibilibus: ergo nihil deest ad intelli-  
gendum. Dices deesse sensum a quo in cognitione  
dependet, dependet quidem non vt ab organo, *Inferia*  
sed a ministrante species in hac vita, ac propter *diuisio-*  
quandam concomitantiam operationum, que  
non est essentialis intellectui, sed accidit illi dum  
est in corpore propter actuale colligationem  
harum inter se potentiarum: ablati vero po-  
tentijs sensitiuis, cessat dependentia. Et confirmatur  
nam si anima separata non posset intelligere, otio-  
sa maneret.

Oppones. Ecclesiastes 9. dicitur, mortui vero nihil  
nouerunt. Et infra, Ne loquas, nec ratio, nec scientia, nec  
scientia erunt apud inferos. Respondet ibi D. Hierony-  
mus propositam esse in persona hominis lu-  
dientis alium, vt se tradat voluptatibus, vnde sub-  
dit, vnde ergo, & comedere in letitia panem tuum. Alij re-  
spondent, Sapientem loqui ironice, quali referen-  
do, & irridendo eas, que mali apud se arbitrantur.  
Alij exponunt, quod nihil nouerunt mortui eo-  
rum qui in hac vita geruntur, quod verum esse de  
animabus non glorificatis habetur in additione  
bus ad D. Thomam q. 72. art. 1. ad 1. & 2. ex D. Au-  
gustino de cura pro mortuis agenda. Vera tamen expo-  
sitiō est, damnatos nihil nouisse eorum, que illis  
deberent prodesse: nec esse illis ratio, vt suam salu-  
tem querant, vnde cum subditur, vnde ergo, &  
non significatur, tradere voluptatibus, sed comedere  
cum letitia, id est, cum testimonio bonæ consen-  
tientie: & ideo subditur, Quia Deo placeat oportuit: ita  
Nicolaus de Lyra ibi, & consonat totus contextus,  
manent tamen circa hanc conclusionem mul-  
ta dubia, & præcipue ex parte intellectus: nam ex  
parte voluntatis nihil est, quod inquiramus, ferè  
enim eodem modo se habet quod in hac vita, ac  
semper intellectum comitatur. De intellectu ergo  
multæ sunt difficultates, quæ lingualis questionēs  
percutit.

## CAPVT IV.

*Vtrum anima separata habeat solas species, quas  
in hac vita acquisiuit.*

**V**idetur quidem non habere alias, quia non apparet modus acquirendi illas, contra verū est, quia si alias non haberet, nimis imperfecta erit eius cognitio. In hoc ferē omnes Doctores cōueniunt, *Quoniam anima separata non cōsum habere species illarum placitum hoc capit.* Quia si alias non haberet, nec etiam quasdam alias: licet aliquid illas explicent, nō de anima secundū purē naturalia, sed vt de facto eleuatur ad aliquid supernaturale. Nā ex natura sua, inquit anima nostra forma est corporis, ideoq; ex natura sua recipit species ad intelligendum per corporales sensus, quare si a corpore separaretur, statū obtineret prænaturalem, in quo proinde non potest naturaliter acquirere species: intelliget ergo solū per eas, quas in hac vita habuit. Quod si nūc aliter contingit, supra naturam anima profecto contingit. Hæc tamen sententia contra D. Th. & communem militat. Nam aperte loquitur S. Doctor de anima secundum naturam suam, & non secundum supernaturalem aliquem statum spectata, nō videtur præterea rationalis opinio, ex illa enim sequitur, animā pueri decedentis absq; speciebus, debere ex natura perpetuo carere cognitione, vt plurimum posse se cognoscere, & si forte alia intelligeret, non nisi imperfecte, & confusē